Bull. 3 468
1262 3
65

VRBANVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. dilectis filiis Abbati, & conuentui monaſterij Montis Virginis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, ordinis ſancti Benedicti Auellen. diœcæſis ſalutem & apoſtolicã bened. Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officii ad debitum perducatur effectum, ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu. Priuilegium Alexandri Pap. felic. mem. anteceſſoris noſtri, in quo liquido cognoſcentes quod dictum cænobium cum omnibus eccleſiis & locis ſuis ſubditis nullo mediante ad Romanam eccleſiam pertineret, & quod non liceet alicui Archiepiſcopo ſiue Epo, vel alii eccleſiaſticæ perſonæ eidem monaſterio & eius eccleſiis excommunicationes, & ſuſpenſionem indicere, vt fratres illic Domino ſeruientes ab omni poteſtate, & iuriſdictione ac Dominio Archiepiſcoporum, & epiſcoporum, ſiue aliarum perſonarum liberi, eccleſiæ Romanæ libertatis gratia potirentur, & licet nõ habeatur in eo mentio diœcæſani epiſcopi, in cuius diœceſi dictum monaſterium eſt fundatũ & de ſolutione canonis debiti ipſi diœcæſano epiſcopo, ſiue alii cuicunque eccleſiaſticæ perſonæ ab ipſo cænobio vel eccleſiis, & locis ipſi cænobio ſubditis, eo non obſtante auctoritate apoſtolica, & ſpeciali priuilegio, vos & eccleſias, & loca ipſi cænobio ſubdita ab onere præſtationis, & exolutionis cuiuslibet canonis liberamus & eximimus, volentes vos multa libertatis prerogatiua gaudere, & ſoli Romanæ eccleſiæ cenſuales exiſtere, pro indicio perceptæ libertatis ab Apoſtolica ſede prout contineri cognouimus tenore dicti priuilegij quod ſine reprehenſione bullæ, cartæ vel literæ apparebat. Et omnes immunitates, & libertates a Romanis Pont. prædeceſſoribus noſtris vobis, vel monaſterio veſtro conceſſas. Necnon libertates, & exemptiones ſecularium exactionum à regibus, & principibus vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis, aut monaſterio veſtro indultas, ſicut ea iuſte & pacifice obtinetis, vobis, & per vos eidem monaſterio auctoritate apoſtolica concedimus, & confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis conceſſionis, & indulgentiæ infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei, & beatorũ Petri, & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud Vrbem Veterem V. Id. Ianuarias Pontificatus noſtri anno ij.

Bull. 3 416
1863 4

VN'ALTRA BOLLA
dell'iſteſſo Pontefice.

VRBANVS Epiſcopus &c. Eccleſia Romana veluti circunſpecta mater, & prouida nonnullas eccleſias tanquam filias prædilectas maioribus effert honoribus, munere præuenit gratiæ potioris, & gratioſioribus inſignit titulis dignitatum, vt ſicut venuſtatis, & ſapientiæ filiæ in matris obedientiam, & reuerentiam ſemper promptè habeantur feruentes, & ſtudioſæ ad ipſius ſeruitia beneplacita, & mandata

Cùm igitur monaſterium veſtrum, vtpote ſicut à fide dignis accepimus pia religione conſpicuum, & a fidelibus populis illarum partium venerabiliter frequentatum ac perſpectum, ipſius ex prærogatiua ſpetialis dilectionis, & gratiæ ſinceritatis, brachijs amplexamur. Veſtris propter hoc honoribus & vtilitatibus libēter intēdimus, ſperantes vos haberi deinceps in Apoſtolicę ſedis obſequiis, ex impenſis vobis acceptioribus ab ea beneficiis, honoris, & gratię promptiores. Nos itaque ob deuotionem beatæ Mariæ Virginis glorioſæ in cuius honore dictum monaſterium eſt fundatum. veſtri ſupplicationibus inclinati, vſum mitræ, baculi, anuli, ſandalium, chirotegarum, tunicæ dalmaticę benedictione ſolenni ad populum, ordinatione minorum ordinum, Indulgentia quadraginta dierum, benedicere etiam calices, & omnia alia ornamenta eccleſiaſtica, & cognoſcere de matrimonio inter vaxallos, in quibus habetis ſpiritualia, tibi fili abbas, & ſucceſſoribus tuis, in perpetuum, quos potius ſignitis intendere cupimus, dummodo tibi, & eiſdem ſucceſſoribus ſit more ac modo debito munus benedictionis impenſum, & te ac eos conſtet exiſtere ſacerdotes auctoritate præſentium concedimus de gratia ſpetiali. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum apud Vrbem Veterem 2. Idd. Settemb. Pontificatus noſtri anno iij..

Queſte tutte retroſcritte bolle priuilegij, è gratie, confirmò l'iſteſſo Pontefice Vrbano con parole, e vocaboli piu proprij, in ampliſſima forma la quale per breuità nō ſi annota con l'altre predette, che fu ſpedita poco tempo doppo la ſopraſcritta, ſotto la data in Ciuitauecchia alli 28. di Noueb. nell'anno terzo del ſuo Pontificato.

Gl'iſteſſi priuilegij confirmò Martino Pap. iij. detto. V. Romano, nominato Otho della famiglia de' Colonneſi, nell'anno del ſuo Pontificato *iij. e di Noſtro Signore* 1420. *eſſendo Abbate* Palamides. *E così Nicolò* Papa *V. nell'annu iij. del ſuo* Pontificato, *e di Noſtro Signore* 1450. *è molti altri* Pontefici.

Segneno i priuilegij delli Re, & Imperatori, gli piu neceſſarij, nelli quali ſe laſcia di ponere il priuilegio, che fè Ruggiero primo Re di queſto Regno al beato Gugliel. nel qual gli dona ſanta Maria di Buſſiana con tutte le ſue pertinentie per l'anime del Conte Ruggiero ſuo padre, e d'Adelaſia ſua madre, il quale comincia, In Nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *ſotto la data in* Palermo *alli* 24. *di Nouemb. nell'anno duodecimo del ſuo Regno, di Noſtro Signore* 1140. *ſottoſcritto per mano del* Principe *Guglielmo figliuolo del detto Ruggiero; e ſi conſerua nelle ſcritture di Monteuergine nell'Archiuo. Ma mi ha parſo ſottoſcriuere ſolo gli infraſcritti, il primo de i quali è di Henrico VI. Imperatore marito di Coſtanza figliuola di Gugliel. detto il buono, quale eſſendo Monicha profeſſa per diſpenſa di*

Cæleſtino Papa *iij. gli fù conceſſa per moglie, per giuſtamente inueſtirlo di queſto Regno, il quale Henrico in virtù del ſeguente priuilegio donò Mercogliano à Monteuergine. v3.*

IN NOMINE SANCTAE ET Indiuiduæ Trinitatis.

HENRICVS Sextus, diuina fauente clemētia Romanorum Imperator, & Rex Siciliæ ſemper Auguſtus. Benignitatis noſtræ fauorem, qua iuſtas fidelium noſtrorum ſupplicationes, clementer admittere conſueuimus perſonis religioſis, & locis diuino cultui mancipatis, tanto benignius, ac propenſius accommodare tenemur, quanto hæc illi gratius reſidere cognouimus, per quem regnorum olim gubernacula feliciter ſumuntur, & potenter, atque magnificè gubernantur. Ad notitiam itaque vniuerſorum imperij, & regni noſtri fidelium, tam futurorum quàm præſentium peruenire volumus, quòd conſiderantes Religionē, ſanctam conuerſationem Venerabilium virorum Monaſterij ſanctæ Mariæ Montis Virginis, intuitu remunerationis diuinæ benignitatis, ac dono Imperiali prædicto Monaſterio vna cum Reuerendiſſima conſorte Conſtantia Romanorum Imperatrice Auguſta, & Regina Siciliæ, damus, confirmamus, & libere habere concedimus Terram Mercuriani, dicto Monaſterio, cum omnibus tenimentis, hominibus, & pertinentiis ſuis, ſine omni ſeruitio, quod intuitu Dei, & eius Genitricis eidem Monaſterio remittimus, ſi inde aliquod nobis noſtriſque hæredibus, perpetuo ad eiuſdem monaſterij commoditatem & omnium fratrum qui ibidem ſeruiunt, pro noſtra exaltatione, animarum anteceſſorum ſaluatione, orauerint, præſenti priuilegio condonamus, & Imperiali auctoritate in perpetuum, dictam terram Mercuriani cum omnibus tenimentis, hominibus, & pertinentiis ſuis, in eleemoſinā eidem monaſterio concedimus, & Imperiali gratia confirmamus, volentes, vt homines eiuſdem ab omnibus grauaminibus, & datiis penitus ſint exempti. Et de poſſeſſionibus eiuſdem Terræ, & hominibus eius in ciuilibus quæſtionibus, curiam prædictū monaſterium clementer habere concedimus. Et ipſum monaſterium, & homines eius, ad alienā Curiam trahi, in omnibus prædictis, benignè Imperiali auctoritate prohibemus: ne dimiſſis diuinis officiis extra monaſterium monachi ſeu conuerſi ſumptibus, & laboribus fatigentur. Statuimus itaque & Imperiali firmamus edicto, vt nulla perſona alta, vel humilis, eccleſiaſtica, vel ſecularis contra hanc noſtræ donationis confirmationis paginam venire audeat, vel eam modo alioquo violare. Quòd qui facere præſumpſerit in vindictam ſuæ temeritatis, centum libras auri pro pœna componat, mediam partem cameræ noſtræ, & reliquam partem iniuriam paſſis. Quod vt verius credatur, & ratum perpetuo, ac firmum obſeruetur præſentem exinde paginam conſcribi, ac Maieſtatis noſtræ ſigillo hoc fecimus communiri. huius rei teſtes ſunt v3. Archiepiſcopus Rauan. Henricus epiſcopus Vernacien Volgerius epiſcopus Parauien. Bonifacius Marchio Montisferrati. Philippns frater noſter Coradus Marchio Moliſij. Robertus de Durne. Narmarius de Bargen. Arnoldus de Horreubelche. Monguardus Siniſcalchus. Henricus maior Man-